

Gutter und Mahl/ Paul. Wehner. in *Obs. Pract.* p. 29. Et qui plenè hoc persequitur Speidelius in *Speculo. verbo Abzug* / f. 81. & 82. Ernest. Cothm. Vol. 3. *Conf.* 38. num. 173. vocat jus Epulationis vel Comestationis; Pulchrè quoque de eo agit Klockius c. 1. n. 190. f. 21. Et c. 17. n. 145. fol. 384. de *Contribut.* (2) *Refusio Expensarum*, quas coactus fuit facere Accusator occasione à reo quidem oppositæ, sed non deductæ exceptionis de innocentia; ita tamen, ut moderatio judicis accedat, qui expensas taxare debet. Gail. l. 2. *Obs.* 102. n. 11 p. 491. Et l. 1. *Obs.* 151. n. 11. p. 264. Ubi pro conclusione hoc observandum esse dicit, quòd judex necessarias & judiciales expensas, non autem delicatas & voluptuarias taxare debeat; ne plus æquo victam partem gravet. Ubi plura de expensis tradit. Adde etiam Petr. Barbosam in *Tit. de Judic. ad l. 79. n. 266. & seqq. p. 830. 831.* Rationem dat Imperator, quare hoc casu cautum esse debeat Actori de recipiendis sumtibus quos impendere coactus fuit, scilicet ne prædictis falsis & dolosis protractionibus in fingenda innocentia, quæ tamen nulla est, damnum ei detur, & absque culpa sua jacturam facultatum suarum facere cogatur, sed contra reum indemnis servetur. Nemini enim malitia sua prodesse debet.

II. *Altera hujus articuli pars continet Adhortationem ad Judices*, ut in puncto moderationis vel taxationis ratione expensarum etiam Jurisconsultorum consilium requirant, eoque utantur. Illi enim facile ponderabunt, quomodo pro ratione & qualitate tum facti, tum personarum moderatio illa sumtuum sit facienda, ut malitiis & protractionibus dolosis via non aperiatur, per l. 38. ff. de *R. V.* l. 55. §. 1. ff. ad *L. Aquil.*

## ARTIC. CLIV.

*De paupertate rei, qui exceptionem probare vult*  
 Von grosser Armuth des/ der sich obgemeldter massen  
 defendiren wolte.

**W**ere der Beklagte so ganz arm/ auch keine Freunde hätte/ die jetzt gemeldte Caution/ Sicherung und Beystand zu thun vermöchten/ und doch zweiffelich wäre / ob er seiner beschuldigten Entleibung halben redliche Entschuldigung hätte: Sol sich der Richter nach gestalt der Sachen/ mit allem Fleiß/ so viel er kan/ erkündigen/ und der Oberkeit solches alles schreiben/ und Bescheid deshalb erwarten/ also daß solche Erkündigung in dem Fall/ Amptshalben/ auff des Gerichts/ oder desselben Oberkeit Darlegen und Kosten beschehe.

Dd dd

AD